Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/316385

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

3

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG., PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

HENRICUS ANTONIUS LUDOVICUS HAMELBERG

ZALT-BOMELIENSIS.

AD DIEM I M. JULII A. MDCCCLIII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF,

MDCCCLIII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Sortis debitae usurae indebitae in l. 26 pr. D. *de cond. indeb.* non quidem repeti possunt, sed sorti imputantur.

II.

Ex l. 2 D. *depositi* probari nequit, quod summus CUJACIUS existimat (OBS. XXIII, 24), rescissionem venditionis propter laesionem enormem PAULI tempore jam fuisse.

III.

L. 13 D. *de donat.* non obstat l. 37 § 6 D. *de acq. rer. dom.*

IV.

L. 25 D. *de dolo malo* conciliari potest cum l. 20 § 1 D. *eod.*

V.

Uxor, quae sine consensu mariti contraxit, invita non obligatur per ratihabitionem mariti.

VI.

Nurus, quae secundas nuptias iniit, amittit jus alimenta petendi a socru.

VII.

Privilegium in art. 1195 n°. 3 C. C. concessum non est restringendum ad morbum, quo debitor decessit.

VIII.

Si minor sine tutore suo rem hypothecae dedit, major factus alii in eadem re hypothecam concessit et deinde priorem confirmavit, tunc secunda hypotheca est potior.

IX.

Locator domus conductori non tenetur, si mutatione formae vicinae domus minuit lumen, quo hactenus usa fuit locata.

X.

Divortium per reconventionem peti potest.

XI.

Venditor navis, in repertorio art. 319 C. M. indicato quaedam privilegia omittens, stellionatum non committit.

XII.

Quod dicunt Adnotatores Amstelodamenses ad art. 353 C. M.: „De strafbepaling van art. 353 is strenger, omdat hij (de schipper) in het daarbij voorziene geval eene driedubbele winst geniet, zijn loon, zijn aandeel in de winst op de lading, en de vracht van het ter sluiks medegenomene, terwijl in het andere geval de winst alleen bestaat in laatstgemelde vracht en het loon," minime rationem dicti art. indicat nec juris rationi convenit.

XIII.

Improbanda sunt verba, quae occurrunt in sententia Tribunalis Amstelodamensis 31 Martii a. 1843: „O., dat men dus in dat art. (art. 473 C. M.) behoort op te merken, dat *niet* van de halve lading *op zich zelve* de verpligting tot teruggave of tot inhouden afhangt, maar dat het laatste afhankelijk gesteld is van het vertrek, als geschiedende ingevolge het verlangen van de meerderheid."

XIV.

Socii adulterii e C. P. puniri nequeunt.

XV.

Ad infanticidium constituendum non requiritur, ut infans natus sit vitalis.

XVI.

Contrectatio rei hereditariae a coherede furtum haberi nequit.

XVII.

In jus vocatio delicti causa valet, licet in illa nulla mentio facta sit praecedentis decreti.

XVIII.

Consiliarius in Curia Provinciali Ordinibus Provincialibus adscribi nequit.

XIX.

Specimina legum a secundo coetu Ordinum Generalium probata post ejus dissolutionem judicio primi coetus subjicienda non videntur.

XX.

Basis systematis monetarii simplex duplici praeferenda est.